plectro et palato. id uero, quod ⟨*di*⟩dicit, ita similiter nobis
*45* canit uel potius eloquitur, ut, uocem si audias, hominem
putes: nam ⟨*coruum*⟩ quidem si audias, id *est crocitare*,
non loqui. uerum enimuero et coruus et psittacus nihil
aliud quam quod didicerunt pronuntiant. si conuicia docueris,
conuiciabitur diebus ac noctibus perstrepens maledictis:
hoc illi carmen est, hanc putat cantionem. ubi omnia quae
didicit maledicta percensuit, denuo repetit eandem cantilenam.
si carere conuicio uelis, lingua excidenda est aut
quam primum in siluas suas remittendus est.

*** Non enim mihi philosophia id genus orationem lar- **13**
gita est, ut natura quibusdam auibus breuem et te⟨*m*⟩-

F 187$^{a}$. φ 75$^{b}$. 76$^{a}$. 1 aureae torquis rari fulgoris *Rohde* 3 petra *em.* φ 4 anchora (φ) 5 roſticū φ: ruſticū *em. v* 8 pulluſ (*prior* u *ex* o *eff.*) 9 c̄firmetur (φ) *em. v* cū (φ) *em. Stewech* 10 captu *Brant* 15 patenti ore *em. v.* 16 dicit (φ) *em. Stewech* 17/8 ut longe si audias h. p., non quidem si audias idem coram te eloqui *Salm* 18 ⟨coruum⟩ *He* ⟨corui⟩ *Hild* ⟨coruinam⟩ (*omisso* nam) *vdVl* si auim uideas *Oud* idē conate n̄ loq (φ) id est *Fulv* conari *v* tonare *Lips* cantare *Brant* crocitare *vel* croccire *He cf. de d. Socr. prol. 4 (4, 24 Th)* ⟨coruum dicas⟩ idem conari *Novák* idem conantem, crocire non loqui *vdVl* idem conantem ⟨coruum, conari⟩ n. l. *Purser* 27 qui-

*Oud.* *Kr.*

porarium cantum commodauit, hirundinibus matutinum,
cicadis meridianum, noctuis serum, ululis uespertinum, bu-
*46* bonibus nocturnum, gallis an‖telucanum; quippe haec ani-
malia inter se uario tempore et uario modo occinunt et
occipiunt carmine, scilicet galli expergifico, bubones gemulo,
ululae querulo, noctuae intorto, cicadae obstrepero, hirun-
dines perarguto. sed enim philosophi ratio et oratio tem-
pore iugis est et auditu uenerabilis et intellectu utilis et
modo omnicana.
*** Haec atque hoc genus alia partim cum audiret a **14**
Diogene Crates, alia[s] ipse sibimet suggereret, denique in
*47* forum exilit, rem familiarem abicit uelut onus stercoris magis
labori quam usui, dein coetu facto maximum exclamat:
'Crates', inquit, 'Crate[s]te⟨*m*⟩ manu mitt⟨*it*⟩': et exinde *16*
non modo solus, uerum nudus et liber omnium, quoad uixit,
beate uixit. adeoque eius cupiebatur, ut uirgo nobilis spretis
iunioribus ac ditioribus procis ultron⟨*ea*⟩ eum sibi optauerit.
cumque interscapulum Crates retexisset, quod erat aucto
*48* gibbere, peram cum baculo et pall*i*um humi pos[s]uisset
eamque sup[p]ellectilem sibi esse puellae profiteretur eam-

buſdā̃ (quibuſ *al. m., cognoscitur a. pr. script.* uſ, *vid. fuisse* qbuſ) tēporariū̃ (‾ *al. m. add.*) φ: tēpariū̃

F $187^{a}$. φ $76^{a}$. 6 obstreporo (φ) *em. v* 9 om̄icana⁾ (*m. vet. in mg.*⁾ hic min; hab foti unū̃) 11 aliaſ (φ) alia *Wower cf. de deo Socr. 1 (6, 8sq. Th) de Plat. II 1 (104, 10 Th)* 12 tergoris *Wower* statuens *Goes cf. Otto Sprichwörter d. Röm.* p. 202 13 maximum *cf. Plaut. Most. 488, sed met. V 28 (126, 7)* 14 crateſ te manumitteſ (φ) Cratetem (Cratem *Scriver*) manumittit *Fulv* manumittet *Kr* manumittit, et *He (cf. 33, 19 34, 12) cf. Gregor. Naz. laud. Basil. Magni c. 60: Κράτης Κράτητα Θηβαῖον ἐλευθεροῖ Diels Poet. phil. fr. p. 222 sq.* 16 cupiebatur | uita (uita *in mg. al. m. add., deest in* φ) *cf. Plaut. Mil. glor. 963 Leo* 17 ultroneū̃ (φ) *em. Hild* ultronea *Oud* ultro eum *v* 18 interscapilium *Scal.* interscapulium *vdVl cf. Corp. gloss. Lat. VI 597* grateſ(φ) *em. v* 18 auctum *Florid* auctus *vdVl* acuto *vir doct.* alto *Burmann* auctiore *Oud* auctior *Hild* 19 peramque *v* pilleū̃ (i *in ras m. recentiss. ex* a *eff.*) φ: palliū̄ uie *m. recentiss. eff. in ras., sed cognoscitur a pr. m. script.* hu . . . φ: humi poſſuiſſ& *em.* φ 20 ſuppellectilẽ *em.* φ *cf. met. IV 13 (85, 3)*



*Oud.* *Kr.*

que formam, quam uiderat: proinde sedulo consuleret, ne
post querel*ae causa*m caperet; enimuero Hipparche condi-
cionem accipit. iam dudum sibi prouisum satis et satis con-
sultum respondit, neque ditiorem maritum neque formon-
siore⟨*m*⟩ uspiam gentium posse inuenire; proinde duceret,
quo liberet. dux⟨*it*⟩ Cynicus in porticum; ibidem, in loco
*49* celebri, coram luce clarissima accubuit, coramque uirginem
inminuisset paratam pari constantia, ni Zeno procinctu
pall*i*astri circumstantis coronae obtutu⟨*m*⟩ magistri in
secreto defendisset.
Samos Icario in mari modica insula est — exaduersum **15**
Miletos — ad occidentem eius sita nec ab ea multo pelagi
disp*e*scitur: utr*a*muis clementer nauigantem dies alter in
*50* portu sistit. ager frumento piger, aratro inritus, fecundior
oliueto, nec uinitori nec hol⟨*it*⟩ori[s] culp*a*tur. ruratio om-
nis in sarculo ‖ et surculo, quorum prouentu magis fruc-
tuosa insula est quam frugifera. ceterum et incolis frequens
et hospitibus celebrata. oppidum habet, nequaquam pro
gloria, sed quod fuisse amplum semiruta moenium multi-
fariam indicant. enimuero fanum Iunonis antiquitus fami-

F $187^{ab}$. φ $76^{a}$. 2 querelā̃ eā̃ (φ)˜ *supra* la *induct. ab al. m.* querela eam *v* querulam eam *vdVl* querelae (ansam *Oud*) causam *Colv* querelam ea inciperet *Purser aut verbum monendi intercidisse aut sententia non recte continuari videtur* 3 accepit *Purser* 4 reſpondit (φ) respondet *Kr* 4/5 formonsiore φ: formoſiorē 6 dux (φ) *em. Stewech* ducit *v* ibique *Fulv* 6/7 loco celebri incoram *Stewech* 8 iniuisset *Vulcan* proiectu *Fulv* protentu *Oud* 9 palleaſtri (φ, *sed* e *mut. in* i) *cf. met. I 6 (5, 14)* obtutū (‾ *add. m. recentiss. et indux.*) φ: obtutū obtutum (*sed* circumstanti) *Hild* magiſtri in ſecreto (φ) in *del. Thomas* (*servato* obtutum) magistrum *v* magistrum secreto *Kr* secretum (*deleto* in) *vir doct. et* secreta *Rohde*

12 Mileto *Sciopp* 13 diſpicit$^{2}$ φ: deſpicit$^{2}$ dispescitur *Colv* utrũuiſ (φ) utramuis *vir doct. ap. Oud* utrimuis *Salm* utrouis *? Kr* utrimuis utrouis *vdVl de acc. cf. Landgraf Arch. f. lat. Lex. X 397 sq.* 15 uineto *Oud* holeri (φ) holitori *Kr* oliuitori *Colv* olitori *Becichem* holeris cultori *? He* ſculpit$^{2}$ (φ) *sed vid. ex* u *eff. esse a forma recentiore* culpatur *Rohde* scalpitur *Becichem Purser coll. Strab. XIV 1, 15 C. 637*

*Oud.* *Kr.*

*51* geratum; id fanum secundo litore, si recte recordor uiam, *17*
uiginti haud amplius stadia oppido abest. ibi donarium deae
per*q*uam opulentum: plurima auri et argenti ratio in lan-
cibus, speculi⟨*s*⟩, poculis et cuiuscemodi utensilibus magna
etiam uis aeris uario effigiatu, ueterrimo et spectabili opere:
uel inde ante aram Bathylli statua a Pol*y*crate tyranno
dicata, qua nihil uideor effectius cognouisse; quidam Pytha-
gorae eam falso existimant. adulescens est uisenda pulchri-
tudine, crinibus ⟨*a*⟩ fronte parili separatu per malas re*m*ul-
sis, pone autem coma prolixior interlucentem ceruicem
scapularum finibus obumbrat, ceruix suci plena, malae uberes,
□ *52* genae teretes, at medio mento lacullatur, eique prorsus
citharoedicus status: deam conspiciens, canenti similis,
tunicam picturis uariegatam deorsus ad pedes deiectus ipsos,
Graecanico cingulo, chlamyde uelat utrumque brachium ad
*53* usque articulos palmarum, cetera decoris [i]striis dependent;
*c*ithara balteo caelat*o* apta strictim sustinetur; manus eius
tener*ae*, procerulae: laeua distantibus digitis neruos molitur,
dextra psallentis gestu *pul*sabulum citharae admouet, ceu
*54* parata percutere, cum uox in cantico interquieuit; quod
21 interim canticum uidetur ore tereti semihiantibus in conatu

F $187^{b}$. φ $76^{a}$. 1 secundum littora *Lips cf. Sall. bell. Iug. 19,3* 2 φ: aut 3 pręquā (*in mg. ead. m.* d·) φ: p̄ quā *em. v* 4 ſpecl^v^li (*ead. m. add.* ^v^) φ: ſpeculi^s^ (*ead. m.* ^s^ *add.*) cuiuscemodi *cf. met. VIII 17 (190, 15)* 6 uł inde (φ) *cf. met. II 8 (31, 13) apol. 55 (62, 23)* uel uide *Goes* ueluti *Bosscha* denique *Hild* ibidem *Ellis* uel iam inde *vdVl cf. apol. 47 (54, 15) 56 (63, 17)* policrate (φ) *em. v* 9 ⟨a⟩ *Oud* 9/10 reuulſiſ (φ) *em. Salm cf. 4, 19* 10 aurem *Scriver* 11 impuberes *Florid* 12 terete^s^ ſat (^s^*al. m. add.*) φ: lacu∗
□ lat² (*eras.* l) lacunatur *Putean* modica m. lacuna *Florid* lacullatus *He* lacuna capitique *Mueller* eique] truncique *vel* trunci quoque *Lennep* 15 uelatus *Hild* 16 iſtriiſ φ: histriiſ *em. Colv* in striis *Wower* 17 cythara *em.* φ celata *ut vid., sed* ta *prors. evan.* φ: celata *em. v* 18 tenera (φ) *em. v* 19 ſuo ſabulũ (φ, *in mg. m. recentiss. add.* pulsabulum) *in mg. add.* d suscitabulum *Colv* suum sabulum *vel* pulsabulum *Lips* quassabulum *Hild* succussabulum *Roensch* ſeu *ut vid* φ: ſeu ceu *v* 20 interquieuerit *Florid*



*Oud.* *Kr.*

labellis eliquare. uerum haec quidem statua esto cuiuspiam
puberum, qui[s] Pol*y*crati tyranno dilectus Anacreonteu*m*
*55* amicitiae gratia cantilat; ceterum multum abest Pythagorae
philosophi statuam esse; et natu[s] Samius et pulchritudine *18*
adprime insignis et psallendi musicaeque omnis multo doc-
tissimus a*c* ferme id aeui, quo Polycrates Samum potie-
batur, sed haudquaquam philosophus tyranno dilectus est.
quippe eo commodum dominari orso profugit ex insula
clanculo Pythagoras, patre Mnesarcho nuper amisso, quem
*56* comperio inter sellularios artifices gemmis faberrime scul-
pendis laudem magis quam opem quaesisse. sunt qui Pytha-
goran aiant eo temporis inter captiuos Cambysae regis,
Aegyptum cum aduehe*r*etur, doctores habuisse Persarum
magos ac praecipue Zoroast⟨*r*⟩en, omnis diuini arc[h]an*i*
antistitem, posteaque eum a quodam Gillo Crotoniensium □
principe reciperatum. uerum enimuero celebrior fama opti-
net sponte eum petisse Aegyptias disciplinas atque ibi a sa-
cerdotibus caerimoniarum incredundas potentias, numerorum
admirandas uices, geometriae sollertissimas formulas ⟨*didi-
cisse*⟩; nec his artibus animi expletum mox Chaldaeos atque inde
Bracmanos — hi sapientes uiri sunt, Indiae gens est — eorum
*57* ergo Bracmanum gymnosophistas adisse. Chaldaei s*i*deralem

F $187^{b}$. φ $76^{ab}$. 1 est *v* 2 qſ (φ) qui *v* quiuis *Hild* quos — dilectos *Salm* quem — dilectum *Colv* policrati (φ) anã- creonte uł (*poster.* a *ex* o *eff. et* a *superscrips., quia litt. non satis clara erat, m. ead.*) φ: anacreonte ł *em. v cf.* Ludium *met. IV 33 (101, 12)* Dorium *X 31 (262, 17) flor. 4 (5, 15 sq.)* Anacreon Teius *Salm* 3/4 ⟨non⟩ multum — qui et natu *Cuper* 4 esse ⟨ut qui fuerit⟩ *vdVl* et ⟨si⟩ natu *vir doct.* ⟨lic⟩et n. *Hild* nat;(; *induct.*) φ: nat^u^ (^u^ *al. m. add.*) 6 adferme φ: atferme ac f. *v* atque f. *Kr* quom *Kronenberg* policrateſ (φ) φ: ſamo 9 patrẽ neſarcho (φ) *sed eraso compendio litt.* m 10 fauerrimę *em.* φ 11 opes *Becichem* 11/2 pythagora naianteo (φ, *sed* pittag-) 13 ductureſ φ: ductoreſ 14 zoroaſten (φ) archanũ (φ) *em. Vulcan* arcanorum *Oud* 15 gyllo φ: gillo Syllo *Rohde coll. Iambl. vit. Pyth. 150* 19 uires *Colv* 19/20 ⟨didicisse⟩ *v* petisse *ex v. 17 subaudiri putat Purser* 22 ſyderalẽ *em.* φ

Oud. Kr.

scientiam, numinum uagantium statos ambitus, utrorumque
uarios effectus in genituris hominum ostendere nec non me-
dendi remedia mortalibus latis pecuniis terra caeloque et
mari conquisita, Bracmani autem pleraque philosophiae
eius contulerunt, quae mentium documenta, quae corporum
exercitamenta, quot partes animi, quot uices uitae, quae
diis manibus pro merito suo cuique tormenta uel praemia.
quin etiam Pherecydes S*y*ro ex insula oriundus, qui primus
*58* uersuum nexu repudiato conscribere ausus est passis uerbis, *19*
soluto locutu, libera oratione, eum quoque Pythagoras
11 magistrum coluit et infandi morbi putredine in serpentium
*59* || scabiem solutum religiose humauit. fertur et penes Anaxi-
mandrum Milesium naturabilia commentatus nec non et
Cretensem Epimeniden inclitum fatiloquum et *p*iat*o*rem
disciplinae gratia sectatus itemque Leodamantem Creo-
p⟨*h*⟩yli discipulum, qui Creop⟨*h*⟩ylus memoratur poetae
⟨*H*⟩omeri hospes et aemulator canendi fuisse. tot ille
doctoribus eruditus, tot ta*m*que multiiugis *calici*bus disci-
plinarum toto orbe haustis, uir praesertim ingenio ingenti
ac profecto super captum hominis animi augustior, primus
*60* philosophiae | nuncupat[i]or et conditor, nihil prius disci-
pulos suos docuit quam tacere, primaque apud eum medi-

F 187$^{b}$. 188$^{a}$. φ 76$^{b}$. 1 luminũ (l *in ras. al. m. eff. ex* n, *ut vid.*) φ: numinũ *cf. 10 (16, 2)* ſtatoſ φ: ſtatuſ *cf. de deo Socr. 2 (7, 13 Th)* status, ambitus (*ut* utrorumque *haberet quo referretur*) *vdVl sed cetera sidera et stellae vagantes inter se opponuntur ut 37, 15 de deo Socr. 2 (7, 11; 8, 8 Th) post* ambitus *lac. stat. Kr* lum. fixorum status, uagantium ambitus *vir doct. ap. Oud* eorumque *Becichem* astrorumque *Brant* 3 late *vel* lautis *Stewech cf.* lata culpa, neglegentia *apud iuris peritos* 8 pͪerecydeſ ($^{h}$ *add. ead. m.?*) ſiro Syria insula *Stewech* 9 prorsis *vel* prosis *Roald* 12 scabrem *Colv cf. Plin. n. h. VII 172* 12/13 anaxamandrũ *em. v* 14 platonẽ (φ) piatorem *Lips* poetam *Scal* 15 Hermodamantem *Colv coll. Diog. Laert. VIII 2* 15/16 creopyli 16 creopyluſ *del. iniuria Kr* 17 omeri 18 tanq; comitib; (φ) *em. vdVl cf. flor. 20 (40, 21 sqq.)* fontibus *Colv* caliculis *Oud* 21 nuncupatior (φ) *em. v cf. apol. 4 (5, 18)*



Oud. Kr.

tatio sapienti futuro linguam omnem coercere uerba⟨*que*⟩,
quae uolantia poetae appellant, ea uerba detractis pinnis
intra murum candentium dentium premere. prorsus, inquam,
hoc erat primum sapientiae rudimentum, meditari condis-
cere, loquitari dediscere. non in totum aeuum tamen uocem
desuescebant, nec omnes pari tempore elingues magistrum
sectabantur, sed grauioribus uiris breui ſpatio satis uide-
batur taciturnitas modificata, loquaciores enimuero ferme
in quinquennium uelut exilio uocis punieba⟨*n*⟩tur. porro
noster Plato, nihil ab hac secta uel paululum deuius, pytha-
gorissat in plurimis; aeque et ipse ⟨*ut*⟩ in nomen eius a
*61* magistris meis adoptarer, utrumque meditationibus acade-
micis didici, et, cum dicto opus est, inpigre dicere, et, cum
tacito opus est, libenter tacere. qua moderatione uideor ab
omnibus tuis antecessoribus haud minus oportuni silentii
laudem quam tempestiuae uocis testimonium consecutus.

**16**

Priusquam uobis occipiam, principes Africae uiri, gratias *20*
agere ob statuam, quam mihi || praesenti honeste postulastis
et absenti benigne decreuistis, prius uolo causam uobis
allegare, cur aliquam multos dies a conspectu auditorii
afuerim contulerimque me ad Persianas aquas, gratissima
*62* prorsus et sanis natabula et aegris medicabula — quippe ita
institui omne uitae meae tempus uobis probare, quibus me
in perpetuum firmiter dedicaui: nihil tantum, nih⟨*i*⟩l tan-
tulum faciam, quin eius uos et gnaros et iudices habeam —

F 188$^{a}$. φ 76$^{b}$. 1 omnino *Rittershus* mobilem *Rohde* uerba quę (φ) *em. v* 2 poeta appellat *Rittershus sed cf. apol. 83 (92, 3) 7 (8, 17)* 3 claudentium *Burmann* 6 $^{e}$linguęſ ($^{e}$*add. ead. m.*) φ: elingueſ 7 breui] bienni *Brant. coll. Gell. I 9, 4* 9 puniebāt$^{2}$ (‾ *al. m. add.*) φ: puniebat$^{2}$ 11 aeque ut ipse *Hild* et quum ipse *Salm* quum et ipse *Oud* ⟨ut⟩ *ante* in *add. Kr, post* eius *Brakman* 12 adoptatus *v* 16 APVLEI PLATONICI FLORIDORṼ LIB II · EXPLIC · INCIP · · III 17 principeſ . a . v. (φ) Africae uiri *Lips Wower coll. Tert. de pall. 1 1 et Apul. flor. 16 (28, 22)* Augustae urbis *vel* amplissimae u. *Colv* 24 nichl *em.* φ

*Oud.* *Kr.*

quid igitur de repentino ab hoc splendidissimo conspectu
uestro distulerim. exemplum eius rei paulo secus simillimum memorabo, quam inprouisa pericula hominibus subito
oboriantur, de Philemone comico de ingenio eius qui satis
nostis, de interitu paucis cognoscite. an etiam de ingenio
pauca uultis?

Poeta fuit hic Philemon, mediae comoediae scriptor,
fabulas cum Menandro in scaenam dictauit certauitque cum
*63* eo, fortasse impar, certe aemulus. namque eum etiam uicit
saepenumero — pudet dicere. repperias tamen apud ipsum
multos sales, argumenta lepide inflexa, adgn*itu*s lucide
explicatos, personas rebus competentes, sententias uitae
congruentes, ioca non infra soccum, seria non usque ad
*64* coturnum. rarae apud illum corruptelae, [e]tuti errores,
concessi amores. | nec eo minus et leno periurus et amator
feruidus et seruulus callidus et amica illudens et uxor inhibens et mater indulgens et patruus obiurgator et sodalis
opitulator et miles proeliator, sed et parasiti edaces et
parentes tenaces et meret⟨*r*⟩ices procaces. hisce laudibus *21*
diu in arte comoedica nobilis forte recitabat partem fabulae,
quam recens fecerat, cumque iam in tertio actu, quod genus
in comoedia fieri amat, iucundiores adfectus moueret, imber
repentino coortus, ita ut mihi ad uos uenit usus nuperrime,

F 188$^{a}$. φ 76$^{b}$. 77$^{a}$. 1 ⟨me⟩ de *vdVl* de] *fort.* me *Kr sed cf. de d. Socr. 3 (2, 17 Th)* de repente *Fulv* 2 diſtulerĩ φ: diſtuleriṁ (*sign. interrogat.*) distulerim me *Oud* distulerit *Wower cf. met. IV 34 (102, 12) V 21 (119, 14) post* dist. *graviter distinx. He; dubium utrum continuetur sententia* cur *(23, 20) an supplendum sit: vultis scire* 3 inprouiso *Kr* (*deleto* subito) quam — oboriantur *gloss. putat Sciopp, ante* exemplum *transponenda putat Kr, post* eius rei *Oud* 4 De philemone comico. 5 noſti$^{s}$ *al. m. eff. ex* ñrſ φ: n͠riſ (*in mg. al. m.* c̃ noſtiſ) 8 ductauit *Jahn* 9 nam quod *Scriver* uicisse *Piccart* saepe: numerum *Kr* saepenumero: ⟨quotiens⟩, *Novák* 11 adgnatoſ (φ) ac nodos *Colv* actus *Stewech* agnitus (*i. e.* agnitiones) *Casaub* narratus *Leo* 14 &uti (φ) tuti *Leo* 15 perfidus *Arlt ap. vdVl cf. Plaut. Capt. prol. 57 Cic. pro Rosc. com. 20* 18 praedicator *Wower* gloriator *Traube proeliatorem dici quia semper proelia iactet et vulnera enumeret putat Oud* 19 mereticeſ (*em.* φ)



*Oud.* *Kr.*

differri auditorii coetum et auditionis coeptum coegit: relicum tamen, ua*ri*is postulantibus, sine intermissione ‖ deincipiti die perlecturum. postridie igitur maximo studio
*65* ingens hominum frequentia conuenere; sese quisque exaduersum quam proxime collocat; serus adueniens amic*i*s adnuit,
locum sessui imperti*a*nt: extimus quisque excuneati queruntur; farto toto theatro ingens stipatio, occipiunt inter se
queri; qui non adfuerant percontari ante dicta, qui adfuerant recordari audita, cunctisque iam prioribus gnaris
sequentia expectare. interim dies ire, neque Philemon ad
condictum uenire; quidam tarditatem poetae murmurari,
plures defendere. sed ubi diutius aequo sedetur nec Philemon uspiam comparet, missi ex promptioribus qui acci[p]e-
*66* rent, atque eum in suo sibi lectulo mortuum offendunt.
commodum ille anima edita obriguerat, iacebatque incumbens
toro, similis cogitanti: adhuc manus uolumini implexa, adhuc os recto libro impressus, sed enim iam animae uacuus,
libri oblitus et auditorii securus. stetere paulisper qui
introierant, perculsi tam inopinatae rei, tam formonsae mortis miraculo. dein regressi ad populum renuntiauere Philemonem poetam, qui expectaretur qui in theatro fictum argumentum finiret, iam domi ueram fabulam consummasse;
enimuero iam dixisse rebus humanis ualere et plaudere, suis
uero familiaribus dolere et plangere; hesternum illi⟨*s*⟩ imbrem lacrimas auspicasse; comoediam eius prius ad fune-

F 188$^{ab}$. φ 77$^{a}$. 2 uaniſ (φ) *em. v* conuenis *Fruter* amicis *Colv* 2/3 deincipē *Dousa* 4/5 φ: exadũſo 5 collocant *Oud* amicuſ (φ) amicis *Wower* amicus amicis *Fulv* 6 imptiunt (φ) *em. Rohde* extim; qſq; (φ) mi *ex* m; *et deleta* ſ *eff.* qq; *al. m.* 9 cunctiſq; (φ) cunctique *Kr* priorum *Wower sed cf. apol. 12 (13, 26)* 10 expectari *Rohde sed dativ.* cunctis *ad* gnaris *pertinet* 13 prõp | ptiorib; *ead. m.* p *in fine versus del. et sequenti praescripsit* 13/14 acciperent (φ) accirent *Stewech* accierent *Groslot* 14 eum] ei *? Kr* 16 m. uolumen implexa *vel* manum uolumini implexus *Bosscha* 17 lecto *Colv* φ: īp̄ſſū impressum *v sed cf. Verg. Aen. IV 659 Ap. met. VIII 9 (184, 1) 27 (198, 14 sqq.) IX 12 (212, 3) XI 10. 27 (274, 6 sq. 288, 24)* 19 famosae *Wower* 21 expect. quo *Wower* 24 illi (φ) illis *Rohde*

Oud. Kr.

brem facem quam ad nubtialem uenisse; proin, quoniam
67 poeta optimus personam uitae deposuerit, recta de auditorio eius exequias eundum, legenda eius esse nunc ossa, mox carmina.

Haec ego ita facta, ut commemoraui, olim didiceram, sed 22
*ho*die s⟨*u*⟩m e meo periculo recordatus. nam, ut meministis profecto, cum impedita esset imbri recitatio, in propinquum diem uobis uolentibus protuli, et quidem | Philemonis exemplo paenissime; quippe eodem die in palaestra adeo uehementer talum inuerti, ut minimum a[d]fuerim, quin articu lum etiam a crure defringere*m*. tamen articulus loco concessit exque eo luxu adhuc fluxus est. et iam dum eum ingenti plaga reconcilio, iamiam sudoro adfatim corpore
68 diutule obrigui; inde acer*b*us dolor intestinorum coortus modico ante sedatus est, quam me denique uiolentus exanimaret et Philemonis ritu compelleret ante letum abire quam lectum, potius implere fata quam fanda, consummare potius animam quam historiam. cum primum igitur apud Persianas aquas leni temperie nec minus utiquam blando fomento gressum reciperaui, nondum quidem ad innitendum idonee, sed quantum ad uos festinanti satis uideba[n]tur, ueniebam redditum quod pepigeram, cum interim uos mihi beneficio uestro non tantum clauditatem dempsistis, uerum etiam pernicitatem addidistis.

An non properandum mihi erat, ut pro eo honore uobis multas gratias dicerem, pro quo nullas preces dixeram?

F 188$^{b}$. φ 77$^{a}$. 6 audieſ me (φ) — recordatuſ (φ) hodie sum e m. p. recordatus *Salm* audietis me m. p. recordatum *Wower* haud ea sine m. p. r. *Sciopp* hodie ferme *vel* ante hos dies ferme m. p. r. *Piccart* hodie e m. p. r. *Bont* haud (⟨essem⟩ *Purser*) sine m. p. r. *Oud* audies *vel* hos dies cum m. p. r. *Hild* . . . . . ante dies sum e m. p. r. *vdVl* 10 adfuerĩ φ: affuerī *em. v* 11 defringerĩ φ: defregerim defringerem *v* 12 luxatu *He?* etiam *Scriver* 14 diutine *v* aceruuſ (φ, *sed em. al. m.*) 16 adire *Stewech* obire *Pyrrh* lectum *sc. ut legam* 18/19 *cf. 18 (38, 23)* 19 uti quã (φ) utiquam *Rohde* utili quam *v* utique *Scriver* 21 uidebant² (φ, *sed* n *puncto del.*)



Oud. Kr.

non quin magnitudo Carthaginis mereatur etiam ⟨*a*⟩ philosopho precem pro honore, sed ut integrum et intemeratum esset uestrum beneficium, si nihil ex gratia eius petitio mea
69 defregisset, id est, ut usque quaque esset gratuitum. neque enim aut leui mercede emit qui precatur, aut par⟨*u*⟩um pretium accipit qui rogatur, adeo ut omnia utensilia emere uelis quam rogare. id ego arbitror praecipue in honore obseruandum; quem qui laboriose exorauerit, sibi debet ⟨*u*⟩nam gratia⟨*m*⟩, quod impe⟨*t*⟩rarit; qui uero sine molestia ambitus adeptus est, duplam gratiam pr*ae*bentibus debet, et 23
quod non petierit et quod acceperit. duplam igitur uobis 11
70 gratiam debeo. immo enimuero multiiugam, quam ubique equidem et semper praedicabo. sed nunc inpraesentiarum libro isto ad hunc honorem mihi ⟨*nondum*⟩ conscripto, ita □
ut soleo, publice protestabor: certa est enim ratio, qu*a* debeat philosoph*us* ob decretam sibi publice statuam gratias agere, a qua paululum demuta*b*it liber, [e]qu*e*m Strabonis □
Aemiliani excellentissimus honor flagitat — ‖ quem librum sperabo me commode posse conscribere; *s*atis eum hodie uobiscum p*a*rare — est enim tantus in studiis, ⟨*ut*⟩ prae-

F 188$^{b}$. 189$^{a}$. φ 77$^{a}$. 1 ⟨a⟩ *v* 1/2 philosophi *Hild* 4 defrugasset *Brant* id est — gratuitum *del. Florid* 5 parũ (*em.* φ) pretii *Becichem* 6/7 *cf. Cic. in Verr. IV 6, 12* 9 nã (φ) *del. Novák* unam *v* diuiduam *vdVl* grã φ: g$^{a}$ *em. v* imperarit (φ) *em. v* 10 ꝓbantib; (φ) praebentibus *v* 11 n̄ acceperit (n̄ *indux. pr. m., om.* φ) 13 *post* inpraes. *intercidisse statuit Purser qualia* incondita haec dico, postea gratiarum 14 iſto (φ) iusto *Rohde fort. recte* ⟨nondum⟩ *He cf. 30, 18* 15 publice (φ) b *ex* p *eff. ead. m* 15/16 q̄ debeat philoſopho (φ) qua (quum *Stewech*) debeat philosophus *Colv* quae *vel* qua deceat philosophos *Oud quem secuti* philosopho *Kr Hild* 17 demutauit φ: d'mutaū demutabit *Stewech* libere quã (φ) liber quem *v* (qu$^{e}$ãm *fuisse putat Purser*) [liber] quam *Kr* quam *def. Loefstedt interpretat.* ʻutʼ 19 ſcitiſ (φ) ⟨si⟩ scitis *vel* si is . . . probarit *Colv* si itis *Vulcan* sultis *Schickerad* ⟨si⟩siritis *vdVl* si ei istum *Thomas* satis *He* 20 uob̄c$^{u}$ꝓbare (φ) uobis comprobari *Stewech* uobiscum parare *vdVl cf. prol. de d. Socr. 1 (2, 5 Th)* ⟨ut⟩ *v* ꝗ *al. m. supra* p̄nobilior *add.*

SEMINÁŘ PRO KLASICKOU FILOLOGII MASARYKOVY UNIVERSITY V BRNĚ

Oud. Kr.

71 nobilior sit proprio ingenio quam patricio consulatu. qui-
busnam uerbis tibi, Aemiliane Strabo, uir omnium, quo*t*
um*qu*am fuerunt au*t* sunt aut etiam erunt, inter optimos
clarissime, inter clarissimos optime, inter utrosque doctissime,
quibus tandem uerbis pro hoc tuo erga me animo gratias
habitum *e*t commemoratum eam, qua digna ratione tam |
72 honorificam benignitatem tuam celebrem, qua remuneratione
dicendi gloriam tui facti aequiperem, *non*dum hercle rep-
perio. sed quaeram sedulo et conitar, 'dum memor ipse
mei, dum spiritus hos regit artus'. nam nunc inpraesentia-
rum — neque enim diffitebor — laetitia facundiae obstre-
pit et cogitatio uoluptate impeditur; ac mens occupata 24
delectatione mauult inpraesentiarum gaudere quam praedi-
care. quid faciam? cupio gratus uideri, sed prae gaudio
nondum mihi uacat grati⟨*a*⟩s agere. nemo me, nemo ex
illis tristioribus uelit in isto uituperare, quod honorem
meum [non] minus mereor quam intellego, quod clarissimi
et eruditissimi uiri tanto testimonio exulto; quippe testi-
monium mihi perhibuit in curia Carthaginiensium non
minus splendidissim*um* quam benignissim*um* uir consularis;
cui etiam notum esse tantummodo summus honor est, is
etiam laudator mihi apud principes Africae uiros quodam
modo astitit. nam, ut comperior, nudius tertius libello

F $189^{a}$. φ $77^{ab}$. 1 φ: ſịṭ 2/3 quodumuiã φ: *lac. in qua postea, fort. ab ead. m., addit.* ꝗ ūquā quot *Hild* qui ante vel etiamnunc *Lips* umquam *v cf. Catull. 21, 2 sq. 24, 2 sq. 49, 2 sq.* 3 aui *em.* φ 6 habitũ eſ cõmemoratu meã (φ *sed al. m. recte distinx.*) et *Salm* 8 andũ (φ, *in mg. m. recentiss. add.* c̊ nondū) hauddum *Brant* haudum *Kr* nondum (*ut solet Ap.*) *Novák* 9 conitā∗ (*eras.* r, ¯*add. al. m.*) φ: conitar rimabor *Oud* *cf. Verg. Aen. IV 336* 13 inpraesentiarum *del. vdVl* 15 gratiſ (φ, *sed supra* i *add.* u *al. m.*) gratias *v* grates *? He* (*sed nunquam Ap. usus est*) 17 n̄ min; mereor (φ) non *del. He; interpretand.: nemo dicat me honore etiam minus dignum esse quam ipse scio* uereor *Ald* reuereor *Brant* intellego quam mereor *Florid* 20 ſplendidiſſima — benigniſſima (φ) *em. vdVl* 21 *ante* cui *graviter, ante* is *leviter distinx. He*



Oud. Kr.

73 misso, per quem postulabat locum celebrem statuae meae,
cum primis commemorauit inter nos iura amicitiae a com-
militio studiorum eisdem magistris honeste inchoata; *t*unc
postea uota omnia mea secundum dignitatis suae gradus
recognouit. iam illud primum beneficium, quod condiscipu-
lum se meminit. ecce et hoc alterum beneficium, quod tan-
tus diligi se ex pari praedicat. quin etiam commemorauit
|| et alibi gentium et ciuitatium honores mihi statuarum et
alios decretos. quid addi potest ad hoc praeconium uiri
consularis? immo etiam docuit argumento suscepti sacer-
dotii summum mihi honorem Carthaginis adesse. iam hoc
praecipuum beneficium ac longe ante ceteros excellens, quod
me uobis locupletissimus testis suo etiam suffragio com-
mendat. ad summam pollicitus est se mihi Carthagini de
suo statuam positurum, uir, cui omnes prouinciae quadri-
iuges et seiuges currus ubique gentium ponere gratulantur.
74 quid igitur superest ad honoris mei tribunal et columen,
ad laudis meae cumulum? immo enimuero, quid superest?
Aemilianus Strabo, uir consularis, breui uotis omnium
futurus proconsul, sententiam de honoribus meis in curia
Karthaginiensium dixit, omnes eius auctoritatem secuti
sunt. nonne videtur hoc uobis senatus consultum esse? quid
quod et Karthaginienses omnes, qui in illa sanctissima
curia aderant, tam libenter decreuerunt locum statuere, ut
illos scires iccirco alteram statuam, quantum spero, in
sequentem curiam | protulisse, ut salua ueneratione, salua
reuerentia consularis sui uiderentur factum eius non aemu-
lati, sed secuti, id est ut integro die beneficium ad me
publicum perueniret. ceterum meminerant optimi magi-

F $189^{a}$. φ $77^{b}$. 3/4 nunc (φ) tunc *v* nam posteriora fata *vdVl sed recte Florid. interpret.: memoravit vota quae feceram pro eius progressu et evectione ad omnes dignitates; cf. v. 6 sq.* 11 Carthagini *Kr* 12 longe a. cet. *post* nobis *transpos. Purser* ceteros ⟨honos⟩ *Rohde, sed Ap. ipse ante ceteros colitur* 20 ꝓcoſ 22/23 qdqđ *eff. ex* qd qd 24 ſtatuere φ: ſtatũe statuae *Colv* 25 comperio *vdVl* 28 int. die] de integro *Brant* integrum dein *Lips*

*Oud.* *Kr.*

stratus et beniuolentissimi principes mandatum sibi a uobis
75 quod uolebant. id egone scirem ac ⟨*non*⟩ praedicarem? ingratus essem. quin etiam uniuerso ordini uestro ⟨*pro*⟩ amplissimis erga me meritis quantas maximas possum gratias ago atque habeo, qui me in illa curia honestissimis adclamationibus decorauere, in qua curia uel nominari tantummodo summus honoı est. igitur, quod difficile factu erat quodque re uera arduum, non existimabatur: gratum esse populo, placere ordini, probari magistratibus et prin-
76 cipibus, id — praefascine dixerim — iam quodam modo mihi obtigit. quid igitur superest ad statuae meae honorem, nisi aeris pretium et artificis ministerium? quae mihi ne in mediocribus quidem ciuitatibus unquam defuere, ne ut Karthagini desint, ubi splendidissimus ‖ ordo etiam de rebus maioribus iudicare potius solet quam computare. sed de hoc tum ego perfectius, cum uos effectius. quin etiam tibi, nobilitas senatorum, claritudo ciuium, dignitas amicorum, mox ad dedicationem statuae meae libro etiam conscripto plenius gratias cana⟨*m*⟩ eique libro mandabo, uti per omnis
77 prouincias eat totoque abhinc orbe totoque abhinc tempore laudes benefacti tui ubique gentium semper annorum repraesentet.

□ *** Viderint, quibus mos ɔst o*g*gerere se et ⟨*neg*⟩otio- 17
sis praesidibus, ut inpatientia linguae commendationem

F 189ᵃᵇ. φ 77ᵇ  2 ego neſcirẽ (φ) *recte distinx. vdVl* ni scirem *Colv*  ac] haud *v* nec *Voss vdVl* ac⟨non⟩ *He Novák* (*qui tamen* non *ex v. 8 petit*)  3 ⟨pro⟩ *v*  5 ʰabeo (*em. ead. m.*)  curia *del. Kr*  8 ⟨erat⟩ arduum *Kr qui post* arduum *distinx.* non *del Novák* nobis *v* omnino *Hild* non⟨inmerito⟩ *vdVl verbis* quodque — existim. *in unam sententiam contractis* non ⟨modice⟩ *Brakman*  10 praefiscine *v*  13 ne ut] eane *Jahn* nedum *Stewech cf. apol. 39 (46, 5) met. V 10 (111, 13) IX 39 (233, 21) Tac. dial 10 Plaut. Cas. 1002*  19 canaciq; φ: canā ciq; capacique *Rossbach em. Oud cf. Th. l. l. III 226, 23 (Leo) et 268, 11* agam atque *Kr* agam eique *Novák* canam tenacique *vdVl* canam talique *Brakman*  23 ʰoc | gerere (ʰ*add. al. ut vid. m*) φ: oggerere  ſe& (φ) semet *Lips* et *del. Scriver* nec otiosis *vel* negotiosis *Stewech* et otiosis ⟨et negotiosis⟩ *vdVl* et ⟨neg⟩otiosis *He*  24 impotentia *Sciopp* impudentia *Stewech*



*Oud.* *Kr.*

ingenii quaerant et adfectata amicitiae uestrae specie glorientur. utrumque *enim* a me, Scipio Orfite, longe abest. nam et quantulumcunque ingenium meum iam pridem pro captu suo hominibus notius est, quam ut indigeat nouae com- 26
mendationis, et gratiam tuam tuorumque similium malo quam iacto, magisque sum tantae amicitiae cupitoı quam gloriator, quoniam cupere nemo nisi uere [putem] potest, potest autem quiuis falso gloriari. ad hoc ita semper ab ineunte aeuo bonas artes sedulo colui, eamque existimationem morum ac studiorum cum in prouincia nostra tum etiam Romae penes amicos tuos quaesisse me tute ipse locupletissimus testis es, ut non minus uobis amicitia mea
78 capessenda sit quam mihi uestra concupiscenda. quippe non prompte ueniam impertire rarenter adeundi adsiduitatem eius requirentis est, summumque argumentum amoris frequentibus delectari, cessantibus obirasci, perseuerantem celebrare, desinentem desiderare, quoniam necesse est ⟨*gratam praesentiam*⟩ eiusdem esse, cuius angat absentia. ceterum uox cohibita silentio perpeti | non magis usui erit quam nares grauedine oppletae, aures sp*urcitie* obseratae, oculi albugine obducti. quid si manus manicis restringantur, quid si pedes pedicis coartentur, iam rector nostri ani-
79 mus aut sommo soluatur aut uino mergatur aut morbo sepeliatur? profecto ut gladius usu splendescit, situ robi-

F 189ᵇ. φ 77ᵇ. 78ᵃ.  1 amicitie (e *ex* a *ead. m. corr.*)  2 eȷ̵ (φ) enim *v*  7 putẽ (φ) *del Contaren per dittograph. ort. cf. met. I 11 (10, 14)* putet *v* ut putem *? Oud*  10 cum] cũ (φ) *al. m. ex* c *eff.* t  14/5 adeundi adſiduitatẽ eȷ̵ (φ) *al. m. ex* eȷ̵ *eff.* q; adeunti *Becichem sed interpretand.: qui non concedit ut raro adeatur, ostendit se alterius consuetudinem desiderare*  17/18 ⟨gratam praesentiam⟩ *Colv*  18 eȷdẽ (φ) *al. m.* ȷ̵ *mut. in* q  19 n magiſ n magiſ uſui *erit (*poster.* n̄ magiſ *induct. et eras., post* i *eras. vid.* u, *in mg. add.* d) φ: uſu iuerit  usui (usu *Voss*) fuerit *Colv*  20 nareſ (*ut vid.* e *ex* o *eff. ab ead. m.*)  ſpiritu (φ) spurcitie *Désertine ap. vdVl cf. met. VIII 28 (199, 19)*  22 coarceantur *Brant* ⟨uel et⟩iam *vdVl* ⟨quid si et⟩iam *Kr sed* iam *adiungit cf. apol. 22. 27 (26, 8; 32, 13)*  24 *sq.* robiginat *vid.* o *potius quam* u  φ: rubiginat □

ginat, ita uox in uagina silentii || condita diutino torpore hebetatur. desuetudo omnibus pigritiam, pigritia ueternum parit. tragoedi adeo ni cottidie proclament, claritudo arteriis obsolescit; igitur identidem boando purgant rau*i*m. ceterum ipsius uocis hominis exercendi ca⟨*s*⟩sus labor superuacaneo studio plurifariam superatur, si quidem uoce hominis et tuba rudore tor*u*ior et lyra concentu uariatior et t*i*bia 80 questu delectabilior et fistula susurru iucundior et bucina significatu longinquior. mitto dicere multorum animalium immeditatos sonores distinctis proprietatibus admirandos, ut est taurorum grauis mugitus, luporum acutus ululatus, elefantorum tristis barritus, equorum hilaris hinnitus nec 2. non auium instigati ⟨*cl*⟩angores nec non leonum indignati fremores ceteraeque id genus uoces animalium truces ac liquidae, quas infesta rabies uel propitia uoluptas ciant. pro quibus homini uox diuinitus data angustior quidem, sed maiorem habet utilitatem mentibus quam auribus delectationem. quo magis celebrari debet frequentius usurpata, et quidem non nisi in auditorio, tanto uiro praesidente, in hac excellenti celebritate multorum eruditorum, multorum benignorum; equidem et si fidibus adprime callerem, non nisi confertos homines consectarer. in solitudine cantilauit 81 'Orpheus in siluis, inter delphinas Arion', quippe, si fides fabulis, Orpheus exilio desolatus, Arion nauigio praecipi-

F 189[b]. φ 78[a]. 3 tragoedi¦a deo¦ni¦cottidie (φ) 4 rauciũ (uciu *al. m. scrips., pr. m. scripserat* uè, *quod quidem videam*) φ: raui 5 ipsius *i. e. per se, opponitur sententiis quas profert* uocıͤſ (e *al. m. add.*) *cf. Plaut. Capt. 852, 1008 Lindsay Synt. of Plaut. Oxfd. 1907 p. 78* exercendae *Oud* caſuſ (ſ *al. m. add.*) (φ) 5/6 superuac. stud. *recte def. Bosscha ut pertinens ad* cassus, *nisi mavis post* studio *graviter distinguere* 6 frustratur *Leky* uoce* (˜ *vid. eras. esse aut evan.*) φ: uocē 7 torbior (v *ex* b *al. m.*) φ: torbior tybia (φ) 13 ouium *Voss* (*servato* ang.) angoreſ (φ) clangores *Becichem* 15 cient *Becichem* 18 usurpari *Stewech* 19 set quidem *Purser* non ⟨usquam libentius⟩ *falso vdVl cf. v. 21 sq.* 21 et si *recte distinx. vdVl* 23 *cf. Verg. ecl. 8, 56*





tatus, ille immanium bestiarum delenitor, hic misericordium beluarum oblectator, ambo miserrimi cantores, quia non sponte ad laudem, sed necessario ad salutem nitebantur eos ego impensius admirarer, si hominibus potius quam bestiis placuissent. auibus haec secretaria uti[n]quam magis 82 congrueri⟨*n*⟩t, merulis et lusciniis et oloribus. et merulae in remotis tesquis ⟨*cantilenam pueritiae*⟩ fringultiunt, lusciniae in solitudine Africana canticum adulescentiae garriunt, olores apud auios fluuios carmen senectae meditantur. enimuero qui pueris et adulescentibus et senibus utile carmen prompturus est, in mediis milibus hominum canat, ita ut hoc meum de uirtu||tibus Orfiti carmen est, serum quidem fortasse, sed serium, nec | minus gratum quam utile Carthaginiensium pueris ⟨*et*⟩ iuuenibus et senibus, quos indulgentia sua praecipuus omnium proconsul subleuauit temperatoque desiderio et moderato remedio dedit pueris saturitatem, iuuenibus hilaritatem, senibus securitatem. metuo quidem, Scipio, quoniam laudes tuas attigi, ne me inpraesentiarum refrene*t* uel tua generosa modestia uel mea in-83 genua uerecundia. sed nequeo, quin ex plurimis, quae in te meritissimo admiramur, ex his plurimis quin uel paucissima attingam. uos ea mecum, ciues ab eo seruati, recognoscite.

## 18

Tanta multitudo ad audiendum conuenistis, ut potius 28 gratulari Karthagini debeam, quod tam multos eruditionis

F 189[b]. 190[a]. φ 78[a]. 1 delemtor (m *vid. ead. m. correx. in* ni) 3 trudebantur *Brant* 5 ſecretaria (*extrem.* a *in ras. ab al. m. eff., sed vid. fuisse cum* ut *coniunct.*) ut inquā φ: ſeͤctari. aut īquā utiquam *Rohde cf. 26, 19* utique *Brant* 6 c̄gruerit (˜ *supra* i *al. m. add.*) φ: cōgruerit 7 ⟨cantilenam pueritiae⟩ *Kronenberg* 8 arcana *Haupt* aprica *Kr* opaca *vdVl* abscondita? *He sed in Africa certe loquitur* 9 Asios *Brant* 12/3 *cf. met. III 29 (73, 11)* 14 ⟨et⟩ *v* 15 pc̄oſ 19 refreneſ (φ) *em. Piccart* 21 inte¦meritissimo (*in mg.* d) 22 attigã (n *ead. m. add.*) 23 APVLEI PLATONICI FLORIDOꝝ LIB III · EXPLIC INCPT · IIII ·

*Oud.* *Kr.*

amicos habet, quam excusare, quod philosophus non recusauerim dissertare. nam et pro amplitudine ciuitatis frequentia collecta et pro magnitudine frequentiae locus delectus est. praeterea in auditorio hoc genus spectari debet non pauimenti marmoratio nec proscaenii contabulatio nec scaenae columnatio, sed nec culminum eminentia nec lacunarium refulgentia nec sedilium circumferentia, nec quod hic alias mimus halucinatur, comoedus sermocinatur, tragoedus uociferatur, funerepus periclitatur, praestigiator furatur, histrio gesticulatur ceterique omnes ludiones ostentant populo quod
*84* cuiusque artis est, sed istis omnibus supersessis nihil amplius spectari debe*t* quam conuenientium ratio et dicentis oratio. quapropter, ut poetae solent hic ibidem uarias ciuitates substituere, ut ille tragicus, qui in theatro dici facit:

'Liber, qui augusta haec loca Cithaeronis colis',

item ille comicus:

'perparuam partim postulat Plautus loci
de uostris magnis atque amoenis moenibus,
Athenas quo sin⟨*e*⟩ architectis conferat',

*85* non secus et mihi liceat nullam longinquam et transmarinam ciuitatem hic, sed enim ipsius Karthaginis uel curiam uel bybliothecam substituere. igitur proinde habe- *29*
tote, si curia digna protulero, ut si in ipsa curia me audiatis, si erudita fuerint, ut si in bybliotheca legantur. quo⟨*d*⟩ utinam mihi pro multitudine auditorii prolixa oratio ‖ suppeteret ac non hic maxime clauderet, ubi me facundissimum cu[m]perem. sed uerum uerbum est profecto, qui aiunt nihil quicquam homini tam prosperum diuinitus datum, quin ei tamen admixtum sit

F 190ᵃ. φ 78ᵃ. 10 ōſ 12 debeſ *em. al. m.* (φ) 15 *cf. Ribbeck Scaen. Rom. poes. fr. I³ 310 v. 217* 17 *cf. Plaut. Truc. prol. 1 sqq.* φ: partē 19 quoſ in (φ) *em. v* 22 ſu(b)ſtituere (ᵇ*add. ead. m.*) 25 quo (φ) quod *v cf. apol. 4 (5,9) 22 (25,18) 72 (80,10) 96 (106,12) flor. 7 (9,5) de deo Socr. 4 (4,12 Th)* 26 clauderet *cf. d. d. Socr. 17 (26,15 Th)* 27 cū perē *em.* φ 28 qui] quod *v cf. Kuehner Lat. Gramm. II 849, 12 cf. Plaut. Amph 634 sqq.*



*Oud.* *Kr.*

aliquid difficultatis, ut etiam in amplissima quaque laetitia subsit quaepiam uel parua querimonia coniugatione quadam mellis et fellis: ubi uber, ibi tuber. id ego cum [in] alias, | tum etiam nunc inpraesentiarum usu experior. nam quanto uideor plura apud uos habere ad commendationem suffragia, tanto sum ad dicendum nimia reuerentia uestri
*86* cunctatior, et qui penes extrarios saepenumero promptissime disceptaui, idem nunc penes meos haesito ac — mirum dictu — ipsis inlecebris deterreor et stimulis refrenor et incitamentis cohibeor. an non multa mihi apud uos adhortamina suppetunt, quod sum uobis nec lare alienus nec pueritia inuisitatus nec magistris peregrinus nec secta incognitus nec uoce inauditus nec libris inlectus improbatusue? ita mihi et patria in concilio Africae, id est uestro, et pueritia apud uos et magistri uos et secta, licet Athenis Atticis confirmata, tamen hic inchoata est, et uox mea utr*a*que lingua iam uestris auribus ante proxumum sexennium probe cognita, quin et libri mei non alia ubique laude carius censentur quam quod iudicio uestro comprobantur. haec tanta ac totiuga inuitamenta communia non minus uos ad audiendum prolectant quam me ad aud[i]endum retardant, faciliusque laudes uestras alibi gentium quam apud uos praedicarim: ita apud ⟨*s*⟩uos cuique modestia obnoxia est, apud
*87* extrarios autem ueritas libera. semper adeo et ubique uos quippe ut parentis ac primos magistros meos celebro mercedemque uobis rependo, non illam, quam Protagora sophista

F 190ᵃ. φ 78ᵃᵇ. 3 uber(i)bi tuber (ⁱ*add. ead. m.; utramque* r *in ras. al. m. eff. ut vid.; sed utroque loco fuit compend.* ri *falso addita* i *vocis sequent.*) φ: ube(r) ibi/tuber (ʳi *in ras.*) *cf. Otto Sprichwörter d. Röm., Lpz. 1890 p. 352* 3/4 in aliaſ (φ) ante alias *v* in *om. Florid* 4 nunc *del. Colv cf. p. 27,13 28,10* 8 dissertaui *Wower* 9 ſimultiſ (φ) *em. Becichem* 14 confinio *Colv* 15 *cf. met. I 24 (22,12) Lodge lex. Plaut. 183* 16 utriq; *em.* φ utrimque *Hild* 21 audiendũ *posterior. loco* (φ, *in mg. m. recentiss.* c̃ dicendū) *em. Voss* 23 uoſ (φ) *em. Stewech* 26 φ: ꝑtagora(s) *cf. 36,2 Quint. I 5, 61*

*Oud.* *Kr.*

pepigit nec accepit, sed quam Thales sapiens nec pepigit et
accepit. uideo, quid postuletis: utramque narrabo.

Protagora, qui sophista fuit longe multiscius et cum *30*
primis rhetoricae repertoribus perfacundus, Democriti *phy-*
sici ciuis aequaeuus — inde ei suppeditata doctrina est —,
eum Protagoran aiunt cum suo sibi discipulo Euat⟨*h*⟩lo mer-
cedem nimis uberem condicione temeraria‖pepigisse, uti sibi
tum demum id argenti daret, si primo t*i*rocinio agendi
penes iudices uicisset. igitur Euathlus postquam cuncta
illa exorabula iudicantium et decipula aduersantium et
artificia dicentium uersutus alioqui⟨*n*⟩ et[i] ingeniatus ad
*88* astutiam facile perdidicit, contentus scire quod concupierat
coepit nolle quod pepigerat, sed callide nectendis moris
frustrari magistrum diutuleque nec a*g*ere uelle nec reddere,
usque dum Protagoras eum ad iudices prouocauit exposi-
taque condicione, qua docendum receperat, anceps argumen-
tum ambifariam proposuit: 'nam siue ego ui[n]cero', in-
quit, 'soluere mercedem debebis ut condem[p]natus, seu tu
uiceris, nihilo minus | reddere debebis ut pactus, quippe
qui hanc causam primam penes iudices uiceris. ita, si
*89* uincis, in condicionem incidisti: si uinceris, in damnatio-
nem'. quid quaeris? ratio conclusa iudicibus acriter et in-
uincibiliter uidebatur. enimuero Euathlus, utpote tanti
ueteratoris perfectissimus discipulus, biceps illud argumen-
tum retorsit. 'nam si ita est', inquit, 'neutro modo quod
petis debeo. aut enim uinco et iudicio dimittor, aut uincor
et pacto absoluor, ex quo non debeo mercedem, si hanc

F 190[ab]. φ 78[b]. 2 utrumque *Salm* 3 φ: ℘tagora[s] *cf. 35, 26* 4/5 phiſici (φ) 6 *cf. Phil. suppl. IX 518* euatlo(φ) 7 ∗ uberē (*eras.* ſ) 8 tyrocinio *em.* φ 9 euatluſ (h *ead. m. add.*) 11 alioq eti ingeniat; φ: alioqn (n *al. m. add.*) et īgeniat; 13 nolle ⟨dare⟩ *Burmann* 14 nec a ſe re uelle (φ, *sed* uellere) *em. Brant cf. v. 8 Gell. V 10* nec ⟨caus⟩as ⟨ag⟩ere uelle *vd Vl* reddere ⟨mercedem⟩ *vd Vl* 16 φ: quā ī docendū 17 uincero *em.* φ 18 c̄dĕpnat; (φ) 19 nichilhomin; (φ *omiss.* h) q[p]pe ([p] *add. ead. m.*)



*Oud.* *Kr.*

primam causam fuero penes iudices uictus. ita me omni
modo liberat, si uinco⟨*r*⟩, condicio, si uinco[r], sententia'
nonne uobis uidentur haec sophista*r*um argumenta obuersa
inuicem uice spinarum, quas uentus conuoluerit, inter se
cohaerere, paribus utrimque aculeis, simili penetratione,
*90* mutuo uulnere? atque ideo merces Protagorae tam aspera,
tam senticosa uersutis et auaris relinquenda est: cui scilicet
multo tanta praestat illa altera merces, quam Thalen
memorant suasisse.

Thales Milesius ex septem illis sapientiae memoratis *31*
uiris facile praecipuus — enim geometriae penes G⟨*r*⟩aios
primus repertor et naturae rerum certissimus explorator
et ast⟨*r*⟩orum peritissimus contemplator — maximas res
paruis lineis repperit: temporum ambitus, uentorum flatus,
stellarum meatus, tonitruum sonora miracula, siderum ob-
liqua curricula, solis annua reuerticula, i⟨*ti*⟩dem lunae uel
nascentis incrementa uel senescentis dispendia uel deli⟨*n*⟩-
quentis obst*a*cula. idem sane iam procliui senectute diui-
nam rationem de sole commentus est, quam ‖ equidem non
didici modo, uerum etiam experiundo comprobaui, quoties
sol magnitudine sua circulum quem permeat metiatur. id
a se recens inuentum Thales memoratur edocuisse Mandro-
*l*ytum Prien[n]ensem, qui noua et inopinata cognitione im-
pendio delectatus optare iussit, quantam uellet mercedem
sibi pro tanto documento rependi. 'satis', inquit, 'mihi

F 190[b]. φ 78[b]. 2 uinco φ: uinco[r] (*em. ead. m.*) uincor (φ, *sed eras.* r) 3 ſophiſta tũ (φ, *sed em. m. pr.*) 8 tanta *cf. apol. 3 (4, 20) met. VII 15 (165, 15)* 8/9 Thali — suffecisse *vd Vl* 11 enim *cf. Phil. suppl. IX 572 Hey Arch. f. lat. Lex. XIV 270 sqq.* gaioſ (φ, *sed em. al. aut ead. m.*) 12 explorato♃ (to♃ *em. in* tor *ead. m.*) 13 aſto[r]♃ ([r] *add. al. m.*) 14 uentorũ (ũ *al. m. eff. aut certe redintegr*) φ: uento♃ 15 siderum] fulgurum *Oud sed stellae sunt sidera vagantia cf. p. 21, 22 sq. de deo Socr. 2 (7, 11 sqq. 8, 1 Th) de Plat. I 10 (93, 4 Th)* 16 idẽ (φ) item *Colv* itidem *Kronenberg cf. 7, 19* 17/18 deliquantiſ obſtiticula (φ) *em. v* 22/23 mandraytũ (φ) *em. Crusius* 23 priennenſẽ (φ)

*Oud.* *Kr.*

fuerit mercedis', Thales sapiens, 'si id quod a me didicisti, □ cum proferre ad quospiam coeperis, tibi ⟨*non*⟩ adsciueris,
91 sed eius inuenti me potius quam alium repertorem praedicaris'. pulchra merces prorsum ac tali uiro digna et perpetua; nam et in hodiernum ac dein semper Thal*i* ea merces persoluetur ab omnibus nobis, qui eius caelestia studia uere cognouimus.

Hanc ego uobis mercedem, Karthaginienses, ubique gentium dependo pro disciplinis, quas in pueritia sum apud uos adeptus. ubique enim me uestrae ciuitatis alumnum fero, ubique uos omnimodis laudibus celebro, uestras disciplinas studiosius percolo, uestras opes gloriosius praedico, | uestros etiam deos religiosius ueneror. nunc quoque igitur principium mihi apud uestras auris auspicatissimum ab Aesculapio deo capiam, qui arcem nostrae Karthaginis indubitabili numine propitius [s]t[r]e*g*it. eius dei hym*num* Graeco et
□ Latino carmine uobis *etiam* canam [iam] illi a me dedicatum. sum enim non ignotus illi s*a*cricola nec recens cultor nec ingratus antistes, ac iam et prorsa et uorsa facundia uene- 32
ratus sum, ita ut etiam nunc hymnum eius utraque lingua canam, cui dialogum similiter Graecum et Latinum praetexui, in quo sermocinab*u*ntur Sa*b*idius Seuerus et Iulius
□ 92 Pers*i*us, uiri et inter se mutuo et uobis et utilitatibus publicis merito amicissimi, doctrina et eloquentia et beniuolentia paribus, incertum, modestia quietiores an industria promptiores an honoribus clariores. quibus cum sit summa

F $190^b$. φ $78^b$. $79^a$. 1 Thales sapiens *del. Kr cf. Schoene Mus. Rh. LIV (1899) 633 sqq.* 2 non *omiss.* (φ, *sed m. recentiss. in mg. add.* c̊ non) 4 pulchā (ʳ *add. ead. m.*) 5 nam et *cf. met. I 19 (17, 17)* dein φ: deiñ dehinc *v* thaly *em.* φ 7 uera *vd Vl* recognouimus *Fulv* 13 uenero *Kronenberg* 15 uostrae *Oud* 16 ſtrepit (φ) respicit *ed. Rom.* regit *Groslot*
□ tegit *Kr* hym̃ (φ) hymnum *v* 17 hęc (φ) hic *Sciopp* ecce *vd Vl* sic *v* etiam (*sequenti* iam *huc relato*) *Leo* occinam *Wower* iam *delend. putat Kr* iam⟨pridem⟩ *vd Vl* 18 illiſ agricola (φ) *em. Salm* 22 ſermocinabant (φ) sermocinabuntur *v* ser-
□ mocinantur *Kr fort. recte* ſafidiuſ (φ) *em. Scriver* 23 pſeuſ (φ) *em v* et util.] ex util. *Mueller* 25 pares *Becichem*



*Oud.* *Kr*

concordia, tamen haec sola aemulatio et in hoc unum certamen est, uter eorum magis Karthagine⟨*m*⟩ diligat, atque summis medullitus uiribus contendunt ambo, uincitur neuter. eorum ego sermonem ratus et uobis auditu gratissimum, mihi composit*u* congruentem et dedicatu[r] religiosum[mo], in principio libri *fa*cio quendam ‖ ex his, qui mihi Athenis condidicerunt, percontari a Pers*i*o Graece, quae ego pridie □
in templo Aesculapi disseruerim, paulatimque illis Seuerum adiungo, cui interim Romanae linguae partes dedi. nam et Pers*e*us, quamuis et ipse optime possit, tamen hodie uobis atticissa*b*it.

Asclepiades ille, inter praecipuos medicorum, si unum **19**
Hippocratem excipias, ceteris princeps, primus etiam uino
93 repperit aegris opitulari, sed dando scilicet in tempore: cuius rei obseruationem probe callebat, ut qui diligentissime animaduerteret uenarum pulsus inconditos uel prae*u*aros. is igitur cum forte in ciuitatem sese reciperet et rure suo suburbano rediret, aspexit in pomoeriis ciuitatis funus ingens locatum plurimos homines ingenti multitudine, qui exequias uenerant, circumstare, omnis tristissimos et obsoletissimos uestitu. propius accessit, utin⟨*e*⟩ cognosceret
94 more ingenii ⟨*humani*⟩, quisnam esset, quoniam percontanti nemo responderat, an uero ut ipse aliquid in illo ex arte

F $190^b$. $191^a$. $79^a$. 2 ut | ereoꝝ (*al. m. eff.* uter | . . eoꝝ) Karthagine φ: cartaginē 5 ⟨et⟩ mihi *Lips* cōpoſite (φ) *em. Lips* dedicat² religio ſũmo In pⁱncipio (φ) *em. Lips* ⟨deo⟩ dedicatu *Kronenberg* 6 ratio (φ) facio *Lips* 7 pſeo (φ) □
9 namque *Kr* nam et *cf. 38, 5* 10 pſeuſ (φ) ⟨latine⟩ possit *v* 11 atticiſſauit (φ) *em. v* 12 ⟨et⟩ si *Oud* 13 ceteris *cf. Woelfflin Arch. f. lat. Lex. VII 117* 14 opitulari (tu *al. m. eff., vid. antea falso distinct. fuisse*) 16 anĩaduerterat (φ) *em. v* animaduertat *Becichem* 16/17 p̄claroſ (φ) praeceleres *Stewech* praeuaros *Scal* praetardos *Purser* 19 collocatum *Brant* 21 obsoletissimo *Voss cf. Cic. de leg. agr. II 13, sed in Pis. 89* ut in (φ) utne *Oud* utine *vd Vl coll. 40, 12* ut ipse *Kr* ut inde *Groslot* 22 more ingenii (φ) *cf. met. II 20 (42, 2)* m. ingenii ⟨humani⟩ *v cf. Sall. Iug. 93, 3 Veget. Renat. II 20 (54, 15 Lang*$^2$*)* 23 uero ⟨uenit⟩ *Colv*

Oud. Kr.

deprehenderet. certe quidem iacenti homini ac prope deposito fatum attulit. iam miseri illius membra omnia aro- 33 matis perspersa, iam os ipsius unguine odoro delibutum, iam eum pollinctum, iam paene ⟨*rogum*⟩ paratum contem-
95 platus enim, diligentissime quibusdam signis animaduersis,
6 etiam atque etiam pertrectauit corpus hominis et inuenit in illo uitam latentem. confestim exclamauit uiuere hominem: procul igitur faces abi|cerent, procul ignes amolirentur, rogum demolirentur, cenam feralem a tumulo ad mensam referrent. murmur interea exortum; partim medico credendum dicere, partim etiam inridere medicinam. postremo propinquis etiam hominibus inuitis, quodne iam ipsi
96 hereditatem habebant, an quod adhuc illi fidem non habebant, aegre tamen ac difficulter Asclepiades impetrauit breuem mortuo dilationem atque ita uispillonum manibus extortum uelut ab inferis postliminio domum rettulit confestimque spiritum recreauit, confestim animam in corporis latibulis delitiscentem quibusdam medicamentis prouocauit.

Sapientis uiri super mensam celebre dictum est: 'prima, **20**
inquit, 'creterra ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatem,
97 tertia ad uoluptatem, quarta ad insaniam'. uerum enimuero Musarum creterra uersa uice quanto crebrior quantoque meracior, tanto propior ad animi sanitatem. prima creterra litteratoris *rudimento* ex*citat*, secunda grammatici

F 191ᵃ. φ 79ᵃ. 1 reprehenderet (φ) *em. Wower* 2 fatum *prim. casum esse posse dicit Oud cf. Verg. Aen. VI 531 sq.* uitam *Fulv* salutem *vd Vl* fatum abstulit *Wower* fatum ⟨eum⟩ *? He* 3 odore (φ) *em. v* dilibutũ *em. φ* 4 pęnę (p *vid. ex* c *eff.*) φ: pene 4 cenae *v* (*interpretandumne 'silicernii apparatum' ? cf. v. 9*) scenae pene *nescio quis* pyrae *vd Vl* ⟨igni⟩ paene *Novák* p. ⟨rogum⟩ *He* 5 enim *cum sequent. coniunct. adversativum putat Hey, causativ. cum ptcp. coniunct. He* (*cf.* igitur *Plaut. Epid. 499*) eum *Scal* est *Colv* cum *Oud* (*deleto* et *v. 6*) etiam *Kr* anĩadũſit φ: aĩadũtit *em. vir doct. ap. Oud* 8 abigerent (φ) abicerent *Stewech* 10 exortũ (*al. m.* ũ *mut. in*;) 12 omnibus *Stewech fort. recte* 13 hered. auebant *Lips* 17 recreavit ⟨et⟩ *Kr* confestimque *v* [confestim] animam⟨que⟩ *vd Vl* 19 *cf. Suid. s. v.* οἶνος *Laert. Diog. I 103* 23 φ: ꝓptior 24 litteratoreſ (φ) *em. v* rua|—to (*spat*



Oud. Kr

doctrina instr[a]uit, tertia rhetoris eloquentia armat. hactenus a plerisque potatur. ego et alias creterras Athenis 34 bibi: poeticae com*p*tam, geometriae limpidam, musi-
98 cae dulcem, dialecticae austerulam, iam uero uniuersae philosophiae inexplebilem scilicet ⟨*et*⟩ nectaream. canit enim E*m*pedocles carmina, Plato d*i*alogos, Socrates hymnos, Ep*i*charmus modos, Xenophon historias, [Xeno]Crates sat*i*ras: Apuleius uester haec omnia nouemque Musas pari studio colit, maiore scilicet uoluntate quam facultate, eoque propensius fortasse laudandus est, quod omnibus bonis in rebus conatus in laude, effectus in casu est, ita ut contra in maleficiis etiam cogitata scelera, non perfecta adhuc uindicantur, cruenta mente, pura manu. ergo sicut ad poenam sufficit meditari punienda, sic et ad laudem satis est conari praedicanda. quae autem maior laus aut certior, quam Karthagini benedicere, ubi tota ciuitas eruditissimi estis, pene⟨*s*⟩ quos omnem disciplinam pueri discunt, iuuenes ostentant, senes docent? Karthago prouinciae nostrae magistra uenerabilis, Karthago Africae Musa caelestis, Karthago Camena togatorum.

99 Habet interdum et necessaria festinatio honestas moras, **21**
saepe uti malis interpellatam uoluntatem: quippe et illis,

*unius litt. vacuum relict.; in mg.* d) φ: ruato ruditate *Colv* ruditatem *Becichem* rudimento *Goldbacher* eximit (φ) exuit *Colv* excitat *He*

F 191ᵃ. φ 79ᵃ. 1 φ: doctrinā instrauit (φ) *em. v* doctrinam intimat *Bernhardy hist. litt. Rom.*[4] *p. 46 n. 26* insinuat *Hild* rhetoreſ φ: rethoreſ *em. v* 3 cõmtã (φ) *em. Leo* conditam *Sciopp* commixtam *Bosscha* gemmantem *Schenkl* commotam *vd Vl* amoenam *Novák* 4 amarulam *vir doct.* uniũſaſ (φ) uniuersae *Colv* 5 inexplebiles — nectareas *Wower* scilicet ⟨et⟩ *Colv an* nectaream *substantivi loco est et pro apposito habend. ad* uniuersas ph. *addito?* 6 enpedocleſ (φ) dyalogoſ *em. φ* hymoſ 7 epycharmuſ φ: epicarmuſ modos] mimos *Reich Der Mimus Berlin 1903 I 412 n. 1* xenocrateſ (φ) Xenophanes *Casaub* Crates *Rohde* ſatyraſ *em. φ* sillos *Casaub* 17 pene *em. φ* 19 caelestis Carthago *Colv* 22 ut in aliis *Colv sed interpretand. 'ut potius gaudeas quod pergere non licet'*

*Oud.* *Kr.*

quibus curriculo confecta uia opus est, adeo uti praeoptent pendere equo quam carpento sedere, propter molestias sarcinarum et pondera uehiculorum et moras orbium et salebras orbitarum — adde et lapidum globos | et caudicum toros et camporum riuos et collium cliuos — hisce igitur moramentis omnibus qui uolunt deuitare ac uecto- *100* rem sibimet equum deligunt diutinae fortitudinis, uiuac*is* pernicitatis, id est et ferre ualidum et ire rapidum, 'qui *35* campos collesque gradu perlabitur uno', ut ait Lucilius, tamen cum eo equo per uiam concito peruolant, si quem interea conspicantur ex principalibus uiris nobilem hominem, bene consultum, bene cognitum, quanquam oppido festinent, *101* tamen honoris eius gratia cohibent cursum, re*le*u*a*nt gradum, retardant equum et ilico in pedes desiliunt, fruticem, quem uerberando equo gestant, eam uirgam in laeuam manum transferunt itaque expedita dextra adeunt ac salutant et, si diut⟨*ule*⟩ ille quippiam percontetur, ambulant diutule et fabulantur, denique quantumuis morae in officio libenter insumunt.

**22** Crates ille Diogenis sectator, qui ut lar familiaris apud homines aetatis suae Athenis cultus est: nulla domus unquam clausa erat nec erat patris familias tam absconditum secretum, quin eo tempestiue Crates interueniret, litium omnium et iurgiorum inter propinquos disceptator atque arbiter; quod Herculem olim poet*ae* memorant monstra illa immania hominum ac ferarum uirtute subegisse orbemque *102* terrae purgasse, similiter aduersum iracundiam et inuidiam

F 191ᵃᵇ. 79ᵃᵇ. 6 deuitare *cf. apol. 29 (34, 4)* 6/7 uictorẽ (φ, *m. recentiss. add.* ̃c^uectorẽ) *cf. met. I 20 (19, 2) III 26 (71,22) al.* 7 uiuacę *em.* φ 8 idẽ (φ) id est *v* 9 *cf. Lucil. v. 1278 Marx* 10 equo concito uiam peruolant *vdVl* equo perquam concito *Rohde* 13 reuelant (φ) releuant *Becichem* releniunt *Lips* relentant *Brant* recellunt *Hild* reclinant *vir doct.* retentant *vel* reuersant *He* 14 *cf. Sen. ep. 64, 10 versus sequentes folio contrito vix legi possunt* 17 diut|ille φ: diutule ille 20 *cf. Laert. Diog. VII 85 sq.* diogeni *aut* diogeniˢ φ: diogeniſ qui *del. vdVl* 21 ⟨ei⟩ nulla *Brakman* 21/22 ⟨ei⟩unquam *v* 25 poetã (φ, *sed em. al. m.*)



*Oud.* *Kr.*

atque auaritiam atque libidinem ceteraque animi humani monstra et flagitia philosophus iste Hercules fuit: eas omnes pestes mentibus exegit, familias purgauit, malitiam perdomuit, seminudus et ipse et claua insignis, etiam Thebis oriundus, unde Herculem fuisse memoria extat — igitur, priusquam plane Crates factus, inter proceres Thebanos numeratus est, lectum genus, frequens famulitium, domus amplo ornata uestibulo, ipse bene uestitus, bene praediatus. post ubi intellegit nullum sibi in re familiari praesidium legatum, quo fretus aetatem agat, omnia fluxa infirmaque esse, quidquid sub caelo diuitiarum est, eas omnes ad bene uiuendum ⟨*nihil*⟩ quicquam esse * * *.

**23** Sicuti nauem bonam, fabre factam, bene intrinsecus *36* compactam, extrinsecus eleganter depictam, mobili c⟨*l*⟩auo, firmis rudentibus, procero malo, insigni carchesio, splendentibus uelis, postremo omnibus armamentis idoneis ad usum et honestis ad contemplationem, eam nauem si aut gubernator non agat aut tempestas agat, ut facile cum *103* illis ‖ egregiis instrumentis aut profunda hauserint aut scopuli comminuerint! sed et | medici cum intrauerint ad aegrum, uti uisant, nemo eorum, quod tabulina perpulchra in aedibus cernant et lacunaria auro oblita et gregatim pueros ac iuuenes eximia forma in cubiculo circa lectum stantis, aegrum iubet, uti sit animo bono, sed, ubi iuxtim consedit, manum hominis prehendit, eam pertrectat, uenarum pulsum et momenta captat: si quid illic turbatum atque inconditum offendit, illi renuntiat male morbo haberi. diues ille cibo interdicitur; ea die in sua sibi copiosa domo panem non accipit, cum interea totum eius seruitium hilares sunt atque epulantur, nec in ea re quicquam efficit condicione.

F 191ᵇ. φ 79ᵇ 2/3 om̄ſ 5 ⟨is⟩ igitur *Rohde fort. recte cf. p. 8, 11* 8 praeditus *Salm* 11 om̄ſ 12 ⟨nihil⟩ quicquam *vdVl* nequicquam *Becichem* ⟨non⟩ quicquam *Colv* 14 *vid* cauo φ: cauo with l written above (*em. ead. m.*) 15 *vid.* ꝓcerum alo *em.* φ 30 officit *Gruter* 30/1 condicio *Florid* conditioni *Gruter* *Subscriptio deest*

---

# Index nominum.


Aegyptius 21,17 -i 6,5
Aegyptus 21,13
Aemilianus *cf.* Strabo 27,17 28,2 29,19
Aeolion 5,15
Aesculapius 38,14 39,8
Africa 14,22 23,17 28,22 35,14 41,19
Africanus 33,8
Alexander (rex) 8,3.12.16 9,1
Amor 16,5
Anacreonteum 21,2
Anaximander 22,12
Antigenidas 5,13
Apelles 8,20
Apollo 4,6.12.15.16 5,8.11
Apuleius 41,8
Arabes 6,8
Arion 32,23.24
Arsacidae 6,7
Asclepiades 39,12 40,14
Athenae 34,19 35,15 39,6 41,2 42,21
Atticus 35,15

Babylonicus 12,11
Bathyllus 20,6
Bracmani 21,21.22 22,4

Caesares 15,15
Cambyses 21,12
Camena 11,22 14,2 41,20
Carthaginienses 28,19 29,21.23 33,13 38,8
Carthago 15,2.16 27,1 29,11.14 30,14 33,25 34,21 38,15 39,2 41,16.18.19
Chaldaei 21,20.22
Cithaeron 34,15
Clemens 8,14
Crates 18,11.14.18 41,7 42,20.23 43,6
Creophylus 22,15.16
Cretensis 22,14
Crotoniensis 21,15
Cynicus 19,6

Democritus 36,4
Diogenes 18,11 42,20
Dorium 5,16

Elis 12,1
Empedocles 41,6
Epicharmus 41,7
Epimenides 22,14
Euathlus 36,6.9.23

Ganges 6.11
Gillus 21,15
Graecanicus 20,15
Graecus 38,16.21 39,7
Grai 37,11

Hercules 42,25 43,2.5
Hipparche 19,2
Hippias 11,22.25 12,3 13,8
Hippocrates 39,13
Homerus 22,17 *cf.* 2,11
Honorinus 15,4.14
Hyagnis 3,8.15.20

Iastium 5,15
Icarium (mare) 19,11
India 16,20 21,21
Indi 6,3.8.16
Ityraei 6,7
Iudaei 6,6
Iulius Persius 38,22 39,7.10





Iuno 19,20
Iuppiter 16,2

Karthag — *cf.* Carthag —

Latinus 38,17.21
Leodamas 22,15
Liber 34,15
Lucilius 42,9
Luna 16,1
Lydium 5,15

Mandrolytus 37,22
Mars 16,3
Marsyas 3,8 4,3.10 5,10
Menander 24,8
Mercurius 16,3
Milesius 22,13 37,10
Miletos 19,12
Minerua 4,7
Mnesarchus 21,9
Musa 4,7 5,7 40,22 41,8.19

Nabathaei 6,6

Olympium certamen 12,4
Orfitus *v.* Scipio
Orpheus 32,23.24

Persae 21,13
Persianae aquae 23,21 26,18
Persius *v.* Iulius
Pherecydes 22,8
Philemon 24,4.7 25,10.12.20 26,8.16
Phrygium 5,16
Phryx 4,4
Pisa 12,4
Plato 23,10 41,6
Plautinus (miles) 2,2
Plautus 34,17
Polycletus 8,10
Polycrates 20,6 21,2.6
Prienensis 37,23
Protagoras 35.26 36,3.6.15 37,6
Pyrgoteles 8,21
Pythagoras 20,7 21,3.9.11 22,10

Roma 31,11
Romanus 39,9

Sabidius Seuerus 38,22 39,8
Samius 21,4
Samos 19,11 21,6
Saturnus 16,3
Scipio Orfitus 31,2 33,12.18
Seuerianus 15,13.
Seuerus *v.* Sabidius
Socrates 1,14.16 12,1 41,6
Sol 15,19
Strabo *v.* Aemilianus
Syrus 22,8

Thales 36,1 37,10.22 38,1.5
Thebae 43,4
Thebanus 43,6

Venus 16,2
Vergilius 16,15
Vergilianus (upilio) 3,16

Xenophon 41,7

Zeno 19,8
Zoroastres 21.14


---


FILOLOGII - SEMINÁŘ PRO KLASICKOU

## ADDENDA ET CORRIGENDA

### INDEX VIR. DOCT.

*adde:* Becichemus epist. Jen. 1504
H. E. Butler apol. ed. 1914
L. Chodaczek Munera phil. L. Čwiklinski oblata Pos. 1936 Eos XXXII-IV, 1929–32
E. Loefstedt, Beitr. zur Kenntnis des späteren Lat., Stockholm 1907; Spätlat. Stud. Upps. 1908; Syntactica Lund 1928. 33; Vermischte Stud. Lund 1936
C. Marchesi, Apul. apol. ed. Città di Castello 1914
Philomathes. ed. Iunt. II
Walter, Blätter f. d. bayr. Gymnasialwes. XLVIII (1912) 34 cf. vol. I Ind.
C. Weyman, ibid. LVIII (1922) 141

### PRAEFATIO

p. V, 7: cf. Siegfried Mueller, Das Verhältnis de mundo zu seiner Vorlage, Philolog. Suppl. XXXII 2 Lips. 1939

p. VII, 20: Similiter Livius XXXVIII 24, 2 scripsit: 'ubi . . . facinus memorabile factum est', ut historiam mulieris cuiusdam a centurione corruptae eiusque ultionis insereret

p. IX, 10: De hac quaestione cf. Schissel von Fleschenberg, Klio XXI, 1937, p. 361



p. X, 14: Hoc iam non persuasum habeo; cf. Apuleius Metamorphosen lat. u. deutsch, Berlin 1957 p. 21 ff.; certe in prioribus decem libris auctorem suum secutus tantummodo id spectavit, quod initio promulgavit, ut lector laetaretur

p. XII, 17: Quod verbis ex iurisprudentiae doctrina sumptis utitur (cf. E. Norden, Amor und Psyche hrsg. u. erkl. Lpzg. Berl. 1903 p. 26 et F. Norden Apuleius v. Madaura u. das röm. Privatrecht Lpz. 1912), non sufficit ad id demonstrandum, prompsit etiam ex re militari verba et sententias, neque tamen inde concluditur Apuleium militem fuisse

p. XV, 9: cf. RE X 1148, 37

p. XVIII, 18: Et descriptio Veneris per mare vectae IV 31 et aedium Amoris V 1 et Amoris dormientis V 22 nec non loci, ubi latrones inhabitant IV 6 aliquo modo hoc studium rhetoricum prae se fert

p. XIX, 8: *lege*: honores

20: Quare non inepte concluditur nonnulla floridorum ex prooemiis excerpta esse cf. A. Stock, De prolaliarum usu rhetor. Königsberg Diss. 1911; Th. Sinko, Eos XVIII, 1912, 151 sq.

p. XX, 20: cf. etiam Suet. de rhetor. 2 Gell. VI (VII) 11, 9 Fest. 416, 22 Lindsay

p. XXI, 2: cf. R. Helm, Apuleius' Apologie ein Meisterwerk der zweiten Sophistik (Das Altertum I, 1955, 86)

p. XXII, 14: *lege*: 'coluisse'

p. XXIII, 5: quae vox clarissima dicitur Ciceronis exemplo (pro Sulla 12, 34 clarissima voce dicam). Etiam quod c. 5 scripsit: 'eloquentia, quam ego . . . potius spero quam praesto' sermonem Ciceronianum sapit, qui or. Phil. I 4, 10 dixit: 'nec enim sperabam id nec praestare poteram'. Verba quoque apol. 100: 'si quid ei humanitus attigisset (an legendum est ,,accidisset'?) consentiunt cum Ciceronianis, quae illo loco sequuntur Phil. 1, 4, 10: 'si quid mihi humanitus accidisset' cf. M. Bernhard, Der Stil des Apuleius v. Mad., Stuttgt. 1927, p. 311

p. XXV, 6: Item Cic. pro A. Cluentio 50, 138: auctoritas quam ego turpiter paene praeterii

p. XXVIII, 28: Adde met. V 6 (107, 15) seriae . . . sero

34: Atque met. XI 11 (274, 19) et apol. 64 (72, 4) iisdem verbis deus 'superum et inferum commeator' dicitur; et eodem modo significantur et Venus et ille 'mundi opifex' met. IV 30(98, 8) verbis: 'rerum naturae prisca parens et elementorum origo initialis' et apol. 64 (72, 20): totius rerum naturae causa et ratio et origo initialis',ut non dicam, de iisdem verbis met. VI 9 (134, 24) 'in ipso aetatis meae flore' et apol. 68 (76, 26) 'in ipso aetatis suae flore' vel 'sermonis humani penuria' met. IV 28 (96, 21) de deo Socr. 9, 16 Th.

p. XXIX, 31–34. Folium illud propter sumptus nunc quidem omissum est



p. XXX, 9: Haec quidem opinio studiis laboriosis et diligentissimis quae D. D. Robertson (Class. Quart. 1924) in codices minoris notae et editiones antiquissimas contulit, aliquantum infirmata est; nam quamquam omnes libri artissime cum Mediceo F cohaerent, tamen aut ex eo transcripti videntur nondum tantum vetustate corrupto aut ex eo, qui Mediceo exemplo fuit.; sequitur igitur ut eodem modo quo $\varphi$ utiles esse possint atque etiam in illa lacuna auctoris verba ipsa inveniantur

p. XXXII, 1: Tamen 'anseres' vera lectio videtur

5: de hac lacuna nunc rectius iudicavit Robertson l. l. p. 6

p. XXXIII, 30: Hoc argumentum, si ea, quae Robertson exposuit, sequimur, evanidum

p. XLII, 27: Me postea aliter de emendatione huius loci iudicasse demonstrat textus ipse

35: Etiam quod⟨a⟩ IV 32 (100, 17) omissum est, facile excusatur, quia litterae simillimae 'ta' sequebantur; atque tantummodo larga forma litterae t efficere poterat, ut pro 'turbine' scriberetur 'mirbine' X 28 (259, 15)

p. XLIII, 4: In editione priore; nunc quidem imperfecto experientia mihi significari videtur

p. XLIII, 14: cf. Munro ad Lucr. I 111.

31: 67, 15 delendum est

p. XLVI, 29: y et s inter se permutantur met. I 12 (11, 12) 24 (22, 15) II 32 (52, 3) III 18 (66, 7) apol. 39 (44, 17)

p. LII, 5: Addas etiam V 11 (112, 16) 13 (113, 25 [si me sequeris]) VII 27 (175, 24)

21: Nunc 'simulacrum' servari posse censeo. Etiam de sequentibus locis iam dubito, ut 99, 15 mutata distinctione sanare studui

p. LIII, 5: 'admissuram ueterem' secundum Wiman nunc defendo interpretatus: 'qua adsuefacti sunt' VII 16 (166, 11)

23: Etiam 'Paridis' X 30 (261, 7) defendi posse mihi persuasi et ibidem Wentzelio assensus 'caduceum et virgula' retinui

p. LVI, 14: quamquam Mommseni coniectura verisimilitudine non caret

p. LVII, 13: Iam index diligentissimus confectus a viris doctissimis Abbott, Oldfather, Canter publici iuris factus est (American Philol. Association 1934 Philological monographs N. III)

31: Interea diligentissimae metamorphoseon editiones paruerunt confectae a Giarratano (Corp. script. Lat. Parav. 53, 1929) et a D. S. Robertson (Coll. des universités de France . . . l'Assoc. Budé. Paris 1946sqq.), haec coniuncta cum translatione a P. Vallette facta

## FLORIDA

1, 1 (1, 1) *app. add.* cf. apol. c. 56, 4 locus aut lucus consecratus
3, 1 (3, 10) *lege* tamen flexanimo
(3, 11) *lege* tamen *bis et in app. del.* cm. v., *scribe* tam v *bis*
3, 7 (4, 15) *app. add.* em. Colv.
3, 11 (5, 7) *lege* Musae, cum



4, 1 (5, 14) *app. lege* Philomathes *pro* Iunt. post.
6, 9 (7, 15) *lege* conveniunt, magistri
7, 5 (8, 20) *lege* quin saepe ⟨scripsit⟩, *app.* scripsit *add. He* quin semper Thornell
7, 7 (9, 8) *app. add.* id est *pro* idem *Plasberg*
9, 5 (11, 4) *corr.* u[t]ilitas
9, 12 (12, 6) *app.* add. cf. Plat. Hipp. mai $368^b$
9, 21 (14, 6) *app. add.* Ter. Heaut. 503
10, 1 (15, 19) *lege* equis, *in app. lege* archetypo
12, 1 (16, 20) *app. post* apol. 8 . . . *add.* Plin. n. h. X 117
14, 2 (18, 14) *app.: an secundum codices legendum*: Crates, inquit, Crates! te manumittes'. exinde *He*
15, 2 (19, 15) *lege* holeris cul⟨tori cul⟩patur
15, 5 (20, 12) *lege* lacullatur⟨a⟩ *et in app.* em. Heraeus
15, 10 (21, 15) *lege* Syllo *et in app.* em. Rohde
16, 4 (24, 8) *app.* datauit Buecheler Norden A. K. 957
16, 7 (25, 2) *app. corr.* deincipe
16, 18 (27, 14) *dele* ⟨nondum⟩
16, 18 (27, 17—19) *lege* libro, quem . . . flagitat, quem librum . . . conscribere
(27, 20) *lege* probare
16, 21 (28, 17) *lege* non minus uereor *et in app dele* non . . . scio
17, 1 (30, 23) *dele* ⟨neg⟩
17, 1 (31, 7) in app. *post* (φ) *add.* def. Vahlen
17, 4 (32, 4) *app. lege* φ: raui
17, 6 (32, 5) *app. add.* Hofmann Synt. 597 I A
18, 13 (37, 2) *lege* liberat ⟨sententia⟩, si uinco, condicio, si uincor [sententia] *et in app.* sententia *transpos. He*
18, 17 (38, 2) *lege* ⟨non⟩ tibi
18, 19 (38, 16) *app. add.* saepit Wiman
18, 19 (38, 17) *lege* nobis ecce ⟨iam⟩ canam [iam] *et in app.* iam *transpos. He*
18, 20 (38, 23) *lege* Perseus *et in app.* Persius *v*
22 (39. 7) *lege* Perseo *et in app.* Persio *v*
19, 4 (41, 1) *app. add.* cf. apol. 54 (61, 4)
20, 2 (41, 3) *lege* commotam *et in app.* em. *Wiman* comptam *Leo*